

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

§. II. Fiducia in Deum, eum adsunt tribulationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

Lib. de Ci-
uis c. 10.

rit ex opulentissimo diuite, voluntate pauperrimus, & copiosissime Sanctus. Deo-
que dicebat: ne, quælo Domine, crucier ego propter aurum, aut argen-
tum: tu enim nosti vbi omnia mea reposita habeam. Et eo viisque eius chri-
ritas peruenit, ut permitteret se in mancipium vendi, ut subditum ques-
dam captiuum redimeret. Cumque multas calamitates ac tribulationes
sustinuisse, ex omnibus viator euasit: rediitque ad suum Episcopatum
cum multorum captiutorum spolijs.

§. II.

Fiducia in Deum, cum adfunt Tribulationes.

a Apoc. 2,10

Serm. 6 de
verbis Do-
mini To. 10

HÆc sunt Dei consilia ad seruos suos exaltandos, postquam in ele-
mosynis & multis alijs bonis operibus se se exercuerunt: ut per-
mittat eos per multas tribulationes transire, ut pugna sit difficulter,
victoria gloriofior, & amplior ac preciosior corona. Et ita dixit hic
Episcopo: nihil horum timeas, quia pressurus es. Ecce, missurus est Diabolus ab-
quos ex vobis in carcerem, ut tentemini: & habebitis tribulationem diuinam.
Ista fidelis usque ad mortem, & dabit tibi coronam vite. Qui vicerit, non ladebit,
à morte secunda. Quibus verbis animū illi addit ad tolerandā paupertatem
& alias calamitates, adductis aliquib. rationibus valde efficacibus. Prima
ac præcipua fuit; quia dicens ei: nihil timeas, certum eum facit, quod ipse
eum habeat sub sua protectione. Qui autem tamē habet protectorem,
non est cur timeat ullum persecutorem, & aduersarium: modò sit fidelis
& promptus in obediendo. Ac propterea præclare Sanctus Augustinus
dixit: quid times hominem ò homo in fini Dei positum? Tu de illius fini nolis cadere,
quisquid ibi pressus fueris ad salutem valebit, non ad perniciem.

S E C U N D A ratio est, quod huiusmodi calamitates eveniant perma-
num & artem dæmonis, ut ipsi probentur, & examinentur: id permit-
tente Deo, ut magis perficiantur, & perficiantur. Eleeti enim, qui à pa-
upertate spiritus incipiunt (quæ prima est octo beatitudinum, cui promul-
lum est regnum cœlorum) transire debent per omnes usque ad ultimam,
quæ est pati persecutiones propter iustitiam. Tunc enim plenè erit ipsum
regnum cœlorum.

T E R T I A ratio est: quia persecutio & paupertas non esset dura-
tura nisi per decem dies: quod est tempus limitatum, & per se sat
breue. Optimum autem est se excitare & stimulare ad patientium aliquo
berui tempore: siquidem totum tempus est quasi decem dierum, si cum
æternitate conferatur. Et quoniam præmium & pena proposita ma-

gnum

gnum addunt animum adiunxit Dominus quartam rationem dicens: esto fidelis usq; ad mortem, perseverans scilicet bene in tuo officio, in faciendis eleemosynis, & ferendis persecutionibus: quia post hæc dabo tibi coronam vita, quæ est æterna, & habebis vitam beatam. Nā qui vicerit non laderetur à morte secunda, quæ est æterna in inferno: & ita cessabunt omnes calamitates, & miseria; erisque diuitijs & solatijs plenissimus. Ex quo apparet, quā fuerit intimum solatium, quod Deus sancto huic Prælato dedit, cùm dicit: si o tribulationem tuam, & paupertatem tuam, hoc est non existimes casu. aliquo hæc euenire, & quasi ego non videam eorum grauitatem, & copiam gratiarum, quam ad ea perferenda tibi impertior: scias enim te deuitem esse diuitijs meis spiritualibus: & quia tu talis es, blasphemaris ab impijs. Confide tu mihi & nihil timeas: mea enim gratia te efficiet toti mundo superiore.

DENIQUE Dominus noster hic proponit documentum allud gubernationis pro Prælatis: ad quos spectat, bonos subditos etiam coram laudare, cùm eos vident afflitos, & in tribulatione positos: ne animo deficiant, aut fiant pusillanimos: sed potius erigantur, & animentur, ad progrediendum & perseverandum, adferendo aliquas rationes ad id accommodatas: in huiusmodi enim casibus non tam est timendum periculum inanis gloria, quām pusillanimatis. Attendum est autem ei parti, ex qua maius imminet periculum.

(•)

Vide que
dicta sunt
Tomo. 2.
Tract. 9.
c. 9.

Qqqq 3

CAPVT